MARQUARDUS SPRENGER. HENRICUS DE HASSIA

Melk (?), 2. Drittel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40433
Copyright: Melk, Benediktinerstift

diori sompno oppressi Nec revera quisque talium bonus temporalis
dicendus est aut verus temporalium rector sed potius temporalium ini-
quus abusor et perversor cum ipse non referat nec de-
ducat in finem debitum qui est honor dei et salus reipub-
lice christiane Qui vero novit ad hunc finem temporalia
convenientissime ordinare disponere et dispensare quanto in hoc
seculo prudentior et sollicitior fuerit tanto apud deum
maius meritum consequetur et gloriosior erit Est itaque
triplex temporalis Primus qui novit ea que temporis sunt pru-
denter disponere pro adipiscendis deliciis divitiis et hono-
ribus huius seculi felicitatem in talibus constituens Secun-
dus est qui temporalia convenienter novit et utiliter disponere et
ad felicitatem politicam seu civilem que consistit in suffici-
entia naturali ad vitam in civitate cum pace et morali ho-
nestate Tercius est qui scit et bene novit temporali-
zare ordinando et disponendo de rebus temporalibus prout me-
lius expedit et convenit populo dei ad vitam iustitia in pre-
senti et ad salutem eternam consequendam in futuro Primum instru-
it dyabolus Secundum docet moralis philosophia Tercium
erudit expertus theologus Primus a theologis et
philosophis reprobatur Secundus ut moraliter bonus
laudatur Tercius autem veraciter bonus et deo gratus co-
probatur Ex hiis patet finaliter quod melior temporalis
fuit beatus benedictus vel bernardus mundum re-
linquens et temporalia et tempora ad dei gloriam et
sanctam conversationem regulariter dispensans quam cesar
iustinianus mundum regens et humana negotia et rei
publice civilis fortunam suis legibus prudenter de-
terminans etc

Explicit
Magister heinricus de hassia
auxilio dei omnipotentis mediante
Amen

BIBLIOTHEK DES STIFTES MELK